



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLI. Markgraf Ludwig verkauft Bürgern zu Stendal Hebungen aus den  
Dörfern Buch, Dalen [et]c., am 10. März 1335.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

**XLI.** Markgraf Ludwig verkauft Bürgern zu Stendal Gebungen aus den Dörfern Buch, Dalen u., am 10. März 1335.

Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. tricesimo quinto, feria sexta ante Reminiscere in Berlin. Contulimus Bechtoldo, Engelkino, Heinrico et Johanni, fratribus, dictis de Castel, ciuibus in Stendal, manu coniuncta ipsorumque veris heredibus quatuordecim talenta denariorum Brandenburgensium, scilicet in villa Buk tria talenta cum vno solido, in villa Dalim quatuor talenta cum tribus solidis, in magna swechen quatuor talenta cum octo solidis, in Bodig duo talenta cum vno solido et in Schönewald sex solidos sine omni molestia duobus anni terminis scilicet in festo beate Andree et in festo beatis Walpurgis pacifice et plenaria percipiendum. Pro qua quidem collacione predicti fratres nobis dederunt et in parato soluerunt triginta marcas argenti Brandenburg., de quibus ipsis quitos dicimus presentibus et solutos Juribus nostris reseruatis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXVI.

**XLII.** Markgraf Ludwig verpfändet dem Johann von Buch die Dörfer Steffelsdorf und Buchow bei Rathenow, am 12. März 1335.

Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX quinto, in Berlin, dominica Reminiscere, Contulimus iusto pheadi tytulo strenuo militi Johanni de Buch, secretario nostro dilecto, suisque veris heredibus villas Steggelsdorp et Bukow, sitas prope Ratnowe, que omnino in presenti deserte sunt, et si colerentur nichil tamen ipsis (minus?) libere haberemus, cum omni iure, commodo et fructu, libertate et cum omnibus suis pertinenciis, sicut nos eas dinoscimur possedisse, libere et pacifice possidendas, Ratum et gratum habentes, si predictus de Buch cultoribus earundem villarum aliquam gratiam fecerit aut duxerit faciendam. Proinde predictus de Buch nobis quitauit sexaginta marcas argenti brandenburgensis in debitis, quibus strenuo militi dieterico de Zikow ex iussu Imperatoris, progenitoris nostri karissimi, suimus obligati. Actum quoque est inter nos et conuentum, quod dictas villas cum suis pertinenciis nos vel nostri successores ab ipso Johanne de Buch vel eius heredibus reemere pro dicte pecunie summa volumus et debemus sicut cetera bona, prout secum placitauius, quando castrum Jerichow ab ipso vel ab ipsis duxerimus reemendum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXII.